En el nombre de dios padre e fijo e spiritu sancto que son tres personas e un dios e a onrra e a servicio de sancta Maria su madre que nos tenemos por sennora e por avogada en todos nuestros fechos. Por que es natural cosa que todo omne que bien faze quiere que gelo lieven adelante e que se non olvide nin se pierda, que commo quier que canse e mingue el curso dela vida deste mundo, aquello es lo que finca en remembrança por el al mundo. E este bien es guiador dela su alma ante dios. E por non caer en olvido lo mandaron los Reyes poner en escripto en los privilegios por que los otros que regnassen despues dellos e toviessen el su logar fuessen tenudos de guardar aquello e delo levar adelante confirmando lo por sus privilegios. Por ende nos catando esto queremos que lo sepan por este nuestro privilegio los que agora son e seran daqui adelante. Commo nos don SANCHO por la gracia de dios Rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallizia de Sevilla de Cordova de Murcia de Jahen e del Algarve. Viemos privilegio del Rey don Alffonso nuestro padre que dios perdone fecho en esta guisa. Conoscida cosa sea a todos los omnes que esta carta vieren, cuemo yo don Alffonso por la gracia de dios Rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallizia de Sevilla de Cordova de Murcia e de Jahen. Quando vin a Toledo a fazer y mis cortes, vinieron a mi los cavalleros e los omnes bonos del Concejo de Toledo e amostraron me los privilegios delos buenos fueros e delos bienes e delas franquezas que les fizieron el Rey don Alffonso e el Rey don Alffonso Remondez e el Rey don Alffonso mio visavuelo e confirmados del Rey don Fferrando mio padre. E pidieron me merced que yo que gelos otorgasse e gelos confirmasse e los privilegios eran fechos en esta guisa. Ut regum ac principum memoria que digna sit alligentius scripture sit beneficio solidanda. Idcirco ego Ferrandus dei gratia Rex Castelle et Toleti, cupiens progenitorum meorum vestigiis inherere et eorum in meis actibus pro posse imitari, volens libertates et laudabiles consuetudines confirmare, quas ipsi suis fidelibus contulerunt, una cum uxore mea donna Beatrice Regina et cum filio meo Alfonso, ex assensu ac beneplacito domine Berengarie regine genitricis mee, facio cartam concessionis, roborationis, confirmationis et stabilitatis, vobis concilio Toletano, militibus, civibus, tam mozarabis quam castellanis seu francis presentibus et futuris perpetuo valituram. Concedo itaque vobis et confirmo totum quicquid in istis subscriptis privilegiis quod a nostris progenitoribus vestri predecessores impetraverunt de vestra libertate et concedo continentes tenorem quorum talis fuit ut ad verbum sub una pagina in hunc modum. Sub ipso nomine et individue trinitatis patris videlicet et filii et spiritus sancti unius quidem omnipotentis dei hoc pactum renovatum et fedus firmissimum iussit renovare et confirmare inclitus Rex Adefonsus Raymundi filius ad omnes cives Toletanos scilicet Castellanos, Mozarabes atque Francos, propter fidelitatem et equalitatem illorum, et illis privilegia quos dedit illustris avus suus Adefonsus Rex optima regem, melioravit et confirmavit pro amore dei et remissione omnium peccatorum suorum. Sic vero et omnia iudicia eorum secundum librum iudicum sit iudicata coram decem ex nobilissimis et sapientissimis illorum qui sedeant semper cum iudice civitatis ad examinanda iudicia populorum, et ut precedant omnes in testimoniis in universo regno illius. Similiter et hoc etiam quod nocte et die pro se et omnibus christianis omnipotentem deum exorant. Habeant absolutas suas hereditates in reddendis decimis. Sic vero dedit libertatem militibus a portatico de caballis et mulis in civitate Toleto. Et siquis captivus christianus exierit in captivos maurorum non det portaticum. Et quantum dedit Rex militibus Toleti de muneribus sive perficiat sit divisum inter illos scilicet Castellanos et Gallecos et mozarabes, quantum fuerit in numero unum ab aliquis. Et quod non sit pignorata tam milites quam cives Toleti in universo regno illius. Et si aliquis ausus fuit unum ex illis in omnibus regionibus suis pignorare, duplet pignora illa et solvat regi sexaginta solidos. Ad hoc autem et milites illorum non faciant anubdam nisi unum fossatum in anno. Et qui remanserit ab illo fossato sine iudicata excusatione solvat Regi decem solidos. Et qui ex illis obierit et equum aut loricam seu aliquas armas regis tenuerit, hereditet omnia filii sui sive sui propinqui, et remaneat cum matre sua honorata et libera in honore patris illorum donec valeant equitare. Et si sola uxorem relinquerit sit honorata in honore mariti sui. Sic quoque et qui intro civitatis aut foras in villis in solatiis sive in morecint et eretiones et vineas vel illorum occiderint, omnes culturas ipsorum sit sue. Siquis vero ex illis in Francia aut in Castella sive ad Galleciam seu quacumque terra ire voluerit, relinquat caballerum in domo sua qui pro eo serviat ista terra, et vadat cum dei benedictione. Et quicumque cum uxore sua ad suas hereditates ultra serram ire voluerit, relinquat caballum in domo sua et vadat in octubre et veniat in primo madio. Et si ad hoc tempus non venerit et veridicam excusationem non habuerit, solvat regi sexaginta solidos. Si vero uxorem non levabit, non relinquat cum ea caballerum nisi ad hoc placitum veniat. Similiter et agricole et vinearum cultores reddant de tritico et ordeo et vinearum frugibus decimam partem regi non plus. Et sint etiam ad solvendam decimam hanc homines fideles deumque timentes, mercedem regis accipientes. Et quod sit adducta in tempore tritorum messium ad orrea regie et in tempore vindemiarum ad torcularia eius. Et accepta de eis cum iudicia et equali mensura videntibus duobus illorum fidelibus civitatis. Et hii qui hanc decimam Regi solvunt non sit super eos aliquod servicium ad faciendum super bestias illorum, non serna, nin fossatoria, nin vigilia in civitate neque in Castello, set sint honorati et liberi et ab omnibus laceriis ipsam. Et quisque ex illis equitare voluerit in quibuslibet temporibus equitet et intret in mores militum. Et quicumque habuerit hereditatem aut villam iuxta flumen de fluminibus Toleti et in ipso flumine molendinum aut sine presura edificare quesierit faciat sine ulla timore, et habeant ipsi et filii sui et heredes eorum omnes hereditates suas firmas et stabilitas usque imperpetuum. Et quod vendant et emant unus ab altero et donent ad quem quesierit et unusquisque faciat in sua hereditate secundum suam voluntatem. Sic vero et si avus suus dedit illi de regem abstulit aliquam hereditatem unius eorum pro vi aut per iniustitiam absque culpa palatina quod in ea sit revolutum. Et item que hereditates in quacumque terra ipsi illis habuerint, iussit ut saiones non intrent in eas nec maiorinus, sed sint in pace pro amore populationis illius in Toleto. Et quicumque cum dei adiutorio de gentibus civitatibus maurorum ut habeant fiduciam accipere, ut et illi qui de tempore civitatibus fuerint, ibi veniant recuperare hereditates suas et quod vendiderit eas de Toleto cum mozarabibus Toleti. Sic quoque et illi qui ultra serram sunt si aliquod iudicium habuerint cum aliquo Toletano, quod veniant ad medianetum in Calatalifa et ibi se iudicent cum eo per fororum suorum ordinem et implere precepta. Iussit et applicet de regnum ipsius ut nullus iudeus nullus maurus renatus habeat mandamentum super ullum christianum in Toleto nec in suo territorio. Decrevit vero si aliquis homo occiderit in homicidium aut in aliquem livorem absque sua voluntate et probatum fuit per iudicas testimonias si fideiussorem dederit non sit retrusus in carcere et si fideiussorem non habuerit non ferant alicubi extra Toletum sed tantum in Toletano carcere trudetur sed de alfada. Et non solvat nisi quintam partem calumpnie non plus. Et si aliquis aliquem hominem occiderit intra Toletum aut foras extra quinque miliarios in circuitu eius, morte turpissima lapidibus moriatur. Et vero de occisione christiani vel mauri sive iudei per suspitionem accusatus fuit, nisi fuerint super eum veridicas fideles testimonias, iudicetur cum per librum iudicum. Siquis quoque cum aliquo furto probatus fuit, totam calumpniam secundum librum iudicum solvat. Sic vero et si pro eo impediente aliquis homo cogitaverit aliquam traditionem in civitate aut in castello et discoopertum fuit per fidelissimas testimonias, ipse solo pereat malum aut exilium. Si vero fugierit et inventus non fuit portionem sua de toto suo habere regis accipiat et remaneat uxor sua cum filiis suis in parte sua intro civitatis et foras sine ullo impedimento. Hoc iudicium dedit nobilissimus Rex Adefonsus in die qui hoc privilegium confirmavit et iussit ut nullo pulsatorem descendat in una ex domibus Toletanorum intro civitatis nec in villis suis. Et si mulier ex militibus eorum vidua fuit non sit data ad maritum invita nec per se neque per aliquem potentem personam. Similiter et nullo exeat ausus capere mulierem de militibus eorum mala si fuit aut bona, nec in civitate nec in via neque in villa. Et quicumque ex illis ceperint morte moriatur in loco hic etiam honore christianorum confirmavit ut mauri et iudei si habuerint iudicium cum christiano quod ad iudicem christianorum veniat ad iudicium. Et quod nulla arma neque ullum caballum de sella exeat de Toleto ad terras maurorum. Et placuit ei ut civitas Toleti non esset prestamo nec sit in ea dominator preter eum neque vir neque femina. Et in tempore estatis incurrat Toletum defendere ab omnibus volentibus eam opprimere. Hec sunt ea in sive mauri. Et iussit ut nulla persona habeat hereditatem in Toleto nisi qui morarint in ea cum filiis suis et uxore sua. Et fabricanto muros expendat semper de cominibus et utilitatibus Toleti sicut antea erant in tempore avi sui Adefonsi Regis sit et bona regis. Si aliquis Castellano ad suum forum ire voluerit vadat et super hoc totum exaltet de ipsum suum. Similiter illa omnia peccata que acciderint de occasione iudeorum et de rebus illorum et de terris per aliquos tam maioribus quam minoribus. Et cetera que spectant ad ornamentum privilegii. Aliud privilegium. Quoniam ea que a regibus et aliis principibus statuuntur scripto firmantur ne temporum diuturnitate oblivioni tradantur. Idcirco ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina quia vos promptissimos et fideles in serviciis meis inveni, facio cartam libertatis absolutionis et stabilitatis vobis toti concilio Toletano presenti et futuro perpetuo valituram. Dono itaque et concedo omnibus Toleti militibus et civibus presentibus et futuris quod de omnibus hereditatibus quas habent in Toleto aut in aliqua parte termini sui ut de cetero habuerint, nullam decimam nisi forum aliquod regi nec domino terre nec alicui alii unquam persolvat. Et quicumque de manibus eorum hereditates ipsorum excoluerint de fructibus inde perceptis nullam decimam tribuat. Sed predicti milites cum omnibus hereditatibus suis liberi et immunes ab omni regali aliquo quamvis et exactione perpetuo permaneant. Et cetera de ornamento privilegii. Aliud. Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti vidi privilegium illud quod Rex Aldefonsus proavus meus felicis memorie olim Toletanis civibus fecerat. In quo continebatur quod quicumque moraretur in Toleto ibidem vicinitatem et miliciam faciendo secundum forum Toleti esset excusatus et absolutus ab omni alio pecto et fazendera in toto Regno suo. Ego itaque predictus Rex A. volens predecessorum meorum facta rata esse et firma, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, facio cartam libertatis et absolutionis vobis toti concilio Toletano presenti et futuro. Mandans ac firmiter precipiens quod quicumque in Toleto morati fuerint ibidemque vicinitatem et miliciam secundum forum Toleti fecerint de hereditatibus suis quas in toto Regno meo habuerint nullam faciant postam ut facenderam seu pectum aliquod, sed pro vicinitate et facienda atque milicia Toleti sint excusati in omnibus aliis villis regni mei. Et reliqua de ornamentis. Aliud. Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor Regina et cum filio meo Ferrando libenti animo et voluntate spontanea facio cartam donationis concessionis et stabilitatis vobis universo concilio Toletano presenti et futuro perhenniter duraturam. Dono itaque vobis et concedo illum melonem in Toleto ubi venditur triticum, ut eum habeatis in perpetuum et accipiatis semper de mediduris omnibus directura que in eodem molone evenerit de omni tritico quod ibidem vendetur, ita quod quantum acceperitis de illis mediduris et directuris expendatis in illa que necessaria fuerit circa comunem utilitatem vestri concilii Toletani. Et quod inde superfuerit de mediduris illis et directuris, deductis predictis expensis, detis et expendatis in opere murorum de Toleto. Ita tamen hoc duximus vobis concedendum quod domnus archiepiscopus et canonici ecclesie Toletane sedis percipiant semper decimam de omnibus illis mediduris et directuris que evenerint in illo predicto molone. Et cetera de ornamentis. Item aliud. Per presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienore Regina et cum filiis meis Ferrando et Henrrico, concedo et confirmo concilio Toletano sicut fecerat proavus meus Rex Aldefonsus bone memorie, quod quecumque villa que sit in termino Toleti et aldee, sive sit mee, sive de aprecera mea, sive domini archiepiscopi Toletani, sive ecclesie sancte Marie, sive Salue tierra, sive hospitalis, sive ordinis de Veles, sive militis sive cuiuscumque hominis, facienderam faciant cum civitate Toleti, sicut faciunt cives illius civitatis. Tamen excepimus ab hac generalitate Illescas, quod fuit propria hereditas progenitorum meorum, et Ulmos et ... cum suo termino quod nunquam hoc fecerat. Verumtamen de villis domini archiepiscopi et aldeis et ecclesie sancte Marie mandamus ita quod postam et facienderam quam super diximus illas debent facere cum civibus Toletanis faciant eam non per manum eorum sed per manum hominis domini archiepiscopi qui colligat et det eam alcaldibus Toleti. Nolumus enim quod alcaldes vel cives Toletani habeant aliquam potestatem vel aliquam premiam super homines archiepiscopi et ecclesie sancte Marie et cum ista posta quam faciet cum civibus Toletanis sint liberi et immunes ab omni pecto et facienda Regis. Et si ego vel filii mei aut aliquis de gente mea voluerit aliam postam vel aliam facienderam habere de hominibus supradictis domini archiepiscopi et ecclesie sancte Marie non teneantur aliquam postam vel facienderam facere cum civibus Toletanis. Et cetera spectancia ad ornamentum privilegii. Item aliud. Per presens scriptum sit notum omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienore Regina et cum filiis meis Ferrando et Henrrico attendens dampnum civitatis Toletane et detrimentum quod inde eveniebat terre, statuo cum bonis hominibus de Toleto quod nullus homo de Toleto sive vir sive mulier possit dare vel vendere hereditatem suam alicui ordini, excepto si voluerit eam dare vel vendere sancte Marie de Toleto quia est sedes civitatis, sed de suo mobili det quantum voluerit secundum suum forum. Et ordo qui eam acceperit datam vel emptam amittat eam et qui eam vendiderit amittat morabetinos et habeant eos consanguinei sui propinquiores. Ego tamen cum concilio condonavi donno Gonsalvo Petri de Turre cremata et suis cognatis et Petro Armillez de Portugal et Garsie Petri de Fonte almexir quod hereditatem suam et mobile concedat cum sue sedis voluntati illi scilicet quod hodie habent. Condonavi insuper istos eis et filiis suis et suis nepotibus. Concedimus etiam quod illud quod donna Luna ante istam institutionem concessit Burgensi monasterio sancte Marie regalis cum suis directuris valeat. Miles autem de alia parte qui hereditatem habet in Toleto ut habuit faciat ibi vicinitatem cum suis vicinis, aliquin amittat illam et teneat illam per cuicumque voluerit qui pro ea faciat vicinitatem. Et cetera de ordinamentis privilegii. Supra scripta igitur privilegia et omnia que in eisdem continentur ego Rex F. supradictus vobis concedo roboro et confirmo, ... irrevocabiliter in eternum. Siquis vero hanc mee concessionis paginam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit iram dei omnipotentis plenarie incurrat et cum iuda domini proditore penas sustineat infernales et Regie parti mille aureos in cauto persolvat. Quod quamvis presumpserit effectu careat et dampnum quod vobis super hoc intulerit restituat duplicatum. Facta carta apud Madrit XVI die Januarii Era M CC Sexagesima, anno regni regis quinto. Et ego Rex F. regnans sepedictus hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. E nos sobredicho Rey don Alffonso Regnant en uno con la Reyna donna Yolant mi mugier e con mi fija la Infante donna Berenguella en Castiella en Toledo en Leon en Gallizia en Sevilla en Cordova en Murcia en Jahen en Baeça en Badallos e en el Algarve. por el debdo que han los de Toledo comigo mayor que todos los otros omnes de mios Regnos e porque he sabor de fazer les bien e merced e de levar los adelante otorgo los privilegios sobredichos e confirmolos. E mando que ninguno non sea osado de yr contra este mio privilegio en ninguna cosa e a qualquier que lo fiziere avria la yra de dios e descenda con Judas traydor en fondo delos infiernos e demas pechar mie el coto sobredicho e a ellos todo el danno doblado. Fecha la carta en Toledo por mandado del Rey dos dias andados del mes de Março en Era de mill e dozientos e LXXXX e dos annos. Alvar garcia de Fromesta la escrivio el anno segundo que el Rey don Alffonso Regno. E nos el sobredicho Rey don SANCHO Regnant en uno con la Reyna donna MARIA mi mugier e con nuestros fijos el Infante don Fferrando primero e heredero e con el Infante don Alffonso e el Infante don Enrrique en Castiella en Toledo en Leon en Gallizia en Sevilla en Cordova en Murcia en Jahen en Baeça en Badallos e en el Algarve. Otorgamos este privilegio e confirmamos lo e mandamos que vala assi como valio en tiempo del Rey don Fferrando nuestro avuelo e del Rey don Alffonso nuestro padre. E por que esto sea firme e estable mandamos sellar este privilegio con nuestro sello de plomo. Fecho el privilegio en Toledo domingo diez e ocho dias andados del mes de Deziembre en Era de mill e trezientos e veynt e siete annos.

conf. Don Gonçalvo arçobispo de Toledo primado delas Espannas e chançeller de Castiella — conf. Don Garcia arçobispo de Sevilla — conf. Don Ffray Rodrigo arçobispo de Santiago — conf.

Don Mahomat Abenabdille Rey de Granada e vassallo del Rey conf.
Don Ffrey Fernando obispo de Burgos conf.
Don Almoravid obispo de Calahorra conf.
Don John obispo de Osma conf.
Don G. obispo de Siguença conf.
Don Blasco obispo de Segovia conf.
La Eglesia de Avila vaga
Don G. obispo de Cuenca conf.
Don Domingo obispo de Plazencia conf.
Don Diago obispo de Cartagena conf.
La Eglesia de Jahen vaga
Don Pascual obispo de Cordova conf.
Don Suero obispo de Cadiz conf.
Don Aymerico obispo dAluarrazin conf.
Don Roy Perez maestre de Calatrava conf.
Don Ffernand Perez Gimond Comendador del hospital conf.
Don G. Yuanes maestre del Temple conf.

Don John Nunez conf.
Don Nuno Gonçalez conf.
Don John Alffonso conf.
Don Diago Lopez de Salzedo conf.
Don John fijo de don John Nunez conf.
Don Nuno Gonçalez so hermano conf.
Don Diago Garcia conf.
Don Fferrand Perez de Guzman conf.
Don Vela conf.
Don Roy Gil de Villa lobos conf.
Don Diago Martinez de Ffinoiosa conf.
Don G. Gomez Mançanedo conf.
Don Rodrigo Rodriguez Malrrique conf.
Don Diago Ffroyaz conf.
Don G. Yuanes dAguilar conf.
Don Pero Anrriquez de Harana conf.
Don Sancho Martinez de Leyva Merino mayor en Castiella conf.
Don John fijo del Infante don Manuel Adelantado mayor en el Regno de Murcia conf.

La Eglesia de Leon vaga
La Eglesia de Oviedo vaga
Don P. obispo de Çamora conf.
Don Ffrey P. Fechor obispo de Salamanca conf.
Don Anton obispo de Cibdat conf.
Don Alffonso obispo de Coria conf.
Don Gil obispo de Badaioz conf.
Don Ffrey Bartolome obispo de Silves conf.
Don Alvaro obispo de Mendonnedo conf.
La Eglesia de Lugo vaga
Don P. obispo de Orens conf.
Don P. Ffernandez maestre dela cavallia de Santiago conf.
Don Ffernan Yuanez maestre dAlcantara conf.

Don Sancho fijo del Infante don P. conf.
Don Estevan Ffernandez Pertiguero mayor en tierra de Santiago conf.
Don Ffernan Perez Ponz conf.
Don John Ffernandez de Limia conf.
Don Ffernan Ffernandez so hermano conf.
P. Alvarez fijo de don P. Alvarez conf.
Rodrigo Alvarez so hermano conf.
Don Diago Ramirez conf.
Don Arias Diaz conf.
Don John Alffonso dAlboquerque Adelantado mayor en el Regno de Gallizia conf.
Estevan Perez Merino mayor en tierra de Leon conf.

Don Johan Alffonso obispo de Palencia e notario mayor en el Regno de Castiella conf.
Don M. obispo de Astorga e notario mayor en el Regno de Leon conf.
Don Pero Diaz e don Nuno Diaz de Castanneda almirantes dela mar conf.
Tel Gutierrez Justicia mayor de casa del Rey conf.
Don John obispo de Tuy e notario mayor en el Andaluzia conf.

Yo Roy Martinez Capiscol de Toledo le fiz escrevir por mandado del Rey en el sexto anno que el Rey sobredicho Regno.